


C. PLINII SECUNDI  
 NATURALIS  
 HISTORIÆ  
 LIBER XXXVII.

I.  T nihil instituto operi desit, gemmæ superflunt, & in arcum coactæ rerum naturæ majestas, multis nulla sui parte mirabilior. Tantum tribuunt varietati, coloribus, materiæ, decori, violari etiam signis gemmas nefas ducentes. Aliquas vero extra pretia ulla, taxationemque humanarum opum arbitantes, sicut ut plerisque ad summam absolutamque rerum naturæ contemplationem satis sit una aliqua gemma. Quæ fuerit origo gemmarum, & quibus initiis in tantum admiratio hæc exarserit, 1 diximus quadantenus in mentione auri anulorumque. 2 Fabulæ primordium a rupe Caucaea tradunt: Promethei vinculorum interpretatione 3 fasali: primumque 10 saxi hujus fragmentum inclusum ferro, ac digito circumdatum, 4 hoc fuisse anulum, & hoc gemmam.

II. His initiis cœpit auctoritas, in tantum amorem elata, ut Poly-Cæsar L. crati Sarmæo severo insularum ac litorum tyranno, 5 felicitatis suæ,

INTERPRETATIO.

1 Felicitatis. ] Felicitatem suam satis | tunc semper alias blandienti quasi vi-  
 minuendam arbitratus est, unam eam | vicissim traderet, ut in aliis rebus ad-  
 gemmam si sponte perderet, si hoc for- | versam sentiret.

NOTÆ.

sect. I. 1. Diximus quadantenus. ] metheum primum fragmentum saxi ejus-  
 Libro 33. sect. 4. Nam de Prometheo | dem inclusisse ferro, ac digito circumda-  
 omnia fabulosa arbitror, quamquam illi | disse: iisque initiis capisse anulum atque  
 quoque ferreum anulum dedit antiquitas: | gemmam. Sic & Marbodeus in præfat.  
 vinculumque id, non gestamen, intelligi | 3. Fasali. ] Infelici. Ita libri omnes:  
 voluit. | non, ut quibusdam placet, futili.  
 2. Fabula. ] Vide Særvium in sextam | 4. Hoc fuisse. ] Sententia est, ferrum  
 Maronis eclogam. Isidorus, lib. 16. | digito circumdatum, anuli vicem præ-  
 Orig. cap. 6. Primordia gemmarum; in- | buisse: gemmæ, saxi fragmentum ferro  
 quit, a rupe Caucasii Fabula ferunt Pro- | inclusum.

Y y ij

ves rigent : 3 glaciemque esse certum est : 4 unde & nomen Græci dedere : Oriens & hanc mittit , 5 quoniam Indicæ nulla præfertur . 6 Nascitur & in Asia vilissima circa Alabanda , & Orthosiam , finitimisque montibus , item in Cypro . Sed laudata in Europæ 7 Alpium jugis . Juba 8 auctor est , & in quadam insula Rubri maris ante Arabiam ita nasci , 9 quæ Necron vocetur , 10 & in ea , quæ juxta gemmam topazion ferat , 11 cubitalemque effossam a Pythagora Ptolemæi regis præfæctæ . 12 Cornelius Bocchus & in Lusitania nasci perquam mirandi ponderis 13 Ammaënsibus jugis , depressis 14 ad libramentum aquæ puteis . Mirum & quod Xenocrates tradit Ephesius , aratro in Asia & Cypro excitari . Non enim inveniri in terreno , nec nisi inter cautes creditum fuerat . Similius vero est , quod idem Xenocrates tradit , torrentibus sæpe deportari . Sudines vero negat nisi ad meridiem spectantibus locis nasci : quod certum est : non enim reperitur in aquosis , quam 15 quam in regione prægelida , vel si ad vada usque glaciuntur amnes . Cælesti humore , parvaque nive id fieri necesse est : ideo caloris impatiens , 14 non nisi frigido potui addicitur . Quare sexangulis nascantur lateribus , 15 non facile ratio inveniri potest : 16 eo magis quod ne-

## NOTÆ.

3. *Glaciemque esse.* ] Glaciem intellige , non cælestem aquam , in extimis montium jugis , sed succum potius in terræ visceribus , atque inter cautes , uti mox dicetur , vehementiore gelu concretam : frigoris vi conglutinatum & coactum .

4. *Unde & nomen.* ] Κεχρῆμας a frigore , ὄν τῆ χύμας .

5. *Quoniam Indica.* ] Vide Notas & Emend. num. I V . Nunc per universam Indiam reperiri nullam crystallum aſunt : Fuisse olim luculentus est auctor Strabo , lib. 15 . pag. 717 . Solinus item , & Marbodeus , laudandi inferius , sect. 15 .

6. *Nascitur & in Asia.* ] Solinus , cap. 15 . pag. 36 . in Scythia . Strabo , lib. 15 . pag. 540 . in Cappadocia . De Alabandis , Orthosiaque , lib. 5 . sect. 29 .

7. *Alpium jugis.* ] Sic Isidorus , lib. 16 . Orig. cap. 13 .

8. *Quia Necron vocetur.* ] Sic M S S . omnes , Reg. 2 . Colb. 3 . vetus Dalec. &c. Τῶν νεκρῶν insula , Necronnesos , hoc est , montuorum : ut Macaronnesos , ἢ μακροῦ νεκρῶν . Libri editi , Necron , mendose .

9. *Et in ea qua juxta.* ] De hac insula dictum est , lib. 6 . sect. 34 .

10. *Cubitalemque.* ] Crystallum .

11. *Cornelius Bocchus.* ] Laudatur hic sane in Indice hujus libri , ex M S S . omnibus . Hoc loco tamen iidem codices , non Bocchus , sed Nepos habent : mendose . Nam ipse Plinius hoc ipsum repetens inferius , sect. 43 . Bocchus , inquit , auctor est , & in Hispania repertus , quo in loco crystallum dicit ad libramentum aqua puteis defossis inde crustam .

12. *Ammaënsibus jugis.* ] Vide Notas & Emend. num. V .

13. *Ad libramentum aquæ.* ] Ubi fodiuntur scrobes seu putei ad ducendam ex libramento aquam . De hac voce diximus lib. 31 . sect. 31 .

14. *Non nisi frigido.* ] Vide Notas & Emend. num. V I .

15. *Non facile ratio.* ] Assignare tamen Cardanus est ausus , quem ob eam rem Scaliger exagitat , Exercit. 118 .

16. *Eo magis.* ] Mucronum quidem numerum servat natura diligenter : speciem , sive formam , ac similitudinem , non item . Nicol. Chorier , lib. 1 . hist. Delph. pag. 72 . auctor est , in montibus Ebrodunensibus , Diensibusque , in Delphinatu , crystallum ejusmodi crebro passimque reperiri .

turbæ præsius: cuius alterum genus sanguineis punctis abhorret: tertium est virgulis tribus distinctum candidis. <sup>2</sup> Præfertur his chryso-  
 præsius, porri succum & ipsa refrens, sed hæc paulum declinans a  
 topazio in aurum. Huic & amplitudo ea est, ut cymbia etiam ex ea  
 ) fiant: cylindri quidem celerissime.

XXXV. India & has generat, <sup>1</sup> & Nilum, fulgore hebeti ac bre-  
 vi, & cum intucare, fallaci. Sudines dicit & in Syveræ Atticæ flu-  
 mine nasci. Est autem color humidæ topazii, aut aliquando mellicæ.  
 Juba in Æthiopia gigni tradit, in liquoribus amnis, quem Nilum vo-  
 camus, & inde nomen trahere.

XXXVI. <sup>1</sup> Non tranflucet molochites, spiffius virens, & crassius  
 quam smaragdus, a colore malvæ nomine accepto, reddendis lau-  
 data signis, <sup>2</sup> & infantium custodia quadam, innato contra pericula  
 ipsorum medicamine. Nascitur in Arabia.

XXXVII. Viret, & sæpe tranflucet iaspis, etiam si victa a mul-  
 tis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes:  
<sup>2</sup> smaragdo similem Indi: Cypros diarem <sup>2</sup> glaucoque pingui: Persæ  
 aëri similem: ob id vocatur <sup>3</sup> aërizusa. Talis & Caspia est: cærulea,  
 circa Thermoodontem amnem: in Phrygia, purpurea: in Cappado-  
 cia, ex purpura cærulea, atque non refulgens. Amisos Indicæ simi-  
 lem mittit, Calchedon turbidam. Sed minus refert nationes, quam  
 bonitates, distinguere. Optima ergo, quæ purpuræ quidquam habet:  
 secunda, quæ rosæ: tertia, quæ smaragdi. Singulis autem Græci  
 4 nomina ex argumento dedere. Quarta apud eos vocatur <sup>5</sup> Borea,  
 25 cælo autumnali matutino similis: & hæc erit illa, quæ vocatur aëri-

## NOTÆ.

Est enim *πελαγος* Græce viridis. Ærugi-  
 nei coloris, *ιδίος τῆ χροῖα* a Theophr.  
 dicitur, lib. *Ἐιδῶν*, pag. 8. *Ἰάδο*.  
 rus, lib. 16. Orig. cap. 7. *Præsius pro*  
*viridante colore dictus, sed vilis. Cujus*  
*alterum genus sanguineis punctis abhorret:*  
 ( Sic & Pliniani codices: forte *obhor-*  
*ret:* ) *Tertium distinctum virgulis tribus*  
*candidis. Sic & Marbodeus, lib. de la-*  
*pid. pret. cap. 12.*

2. *Præfertur his chryso præsius.* ] Mixto  
 colore auri cum viridi. A nostris appel-  
 latur, *Prême-d'émérarde.*

*Sect. XXXV. 1. Et Nilum.* ] Di-  
 ctam ab amne Nilo.

*Sect. XXXVI. 1. Non tranflucet*  
*molochites.* ] Hæc Isidorus plane ad ver-  
 bum lib. 16. Orig. cap. 7. *Μαλόχῃ*, vel  
*μαλόχῃ* malvam sonat. Hinc Molochi-  
 aus color apud Nonium, cap. 16. num.

2. *Et molochinarii, apud Plaucum, ut*  
 diximus lib. 21 *sect. 22 nota 7. Vide*  
*Noras & Emend. num. X VII.*

3. *Et infantium.* ] Solinus, cap. 33.  
 pag. 63. & Marbod. lib. de lapid. pret.  
 cap. 44.

*Sect. XXXVII. 1. Smaragdo.* ]  
*Ἰάσος ἀμαρτυρίων*, Dioscoridi, lib. 5.  
 cap. 160.

2. *Glaucogue pingui.* ] *Saturi coloria.*

3. *Aërizusa.* ] *Ἀερίζουα.* Hanc esse  
 quam Turshemam nostri vocant, Sal-  
 mabus existimat, in Solin. pag. 203.  
 secutus Agricolaem. Dioscoridi, loc. cit.  
 est *ἰάσος ἀερίζουα.*

4. *Nomina ex argumento.* ] *Nempe*  
*περφευζῶντος ἰάσους, ποδιζῶντος, ὀμα-*  
*ρτυρίωντος.*

4. *Borea.* ] *Βόρειος* septentrionalis  
 sonat.

Scarabæi: quæ quidem scripsisse eos non sine contemptu & irrisu generis humani arbitror.

XL I. Multum ab ea distat <sup>2</sup> hyacinthos, nomen e vicino descendens. Differentia hæc, quod ille emicans in amethysto fulger violaceus, dilutus est in hyacintho. Primo quoque aspectu grates, evascescit antequam satiet, adeoque non implet oculos, ut pæne non attingat, marcescens celerius <sup>2</sup> nominis sui flore.

XL II. Hyacinthos Æthiopia mittit, & <sup>1</sup> chrysolithos, aureo fulgore translucentes. Præferuntur iis <sup>2</sup> Indicæ, & si variaz non sint, <sup>3</sup> Tibaranz Deterrimæ autem Arabicæ, quoniam turbidæ sunt & variaz, <sup>10</sup> & fulgentes interpellant nubilo macularum, etiam quæ limpida contingere, veluti seobe sua refertæ. Optimæ vero sunt, quæ\* in collatione aurum albicare quadam argenti facie eogunt. <sup>5</sup> Funda includuntur perspicuæ. <sup>b</sup> Ceteris subjicitur aurichaleum.

XL III. <sup>2</sup> Jam etiam expertes gemmarum usu, appellantur aliqui <sup>15</sup> & <sup>2</sup> chryselestri, in colorem electri declinantes, matutino tantum as-

INTERPRETATIO.

\* In collatione. ] Quando cum auro confertur & componitur. non sunt optima nota, subjicitur aurichalci bractea, qua transfluere cogat.  
<sup>b</sup> Ceteris. ] Ceteris chrysolithis, quæ

NOTÆ.

sect. XLI. 1. ] Hyacinthos. Ἰακίνθος, colore subpurpureo, Ἰακίνθος, inquit Epiphanius, pag. 128. Hyacinthum ex rubinorum esse genere quidam volunt, ut animadvertit Garcias ab Horto, in hist. Arom. pag. 121.

2. Nominis sui flore. ] Hyacintho, qui maxime durat, ut dictum est lib. 21. sect. 38.

sect. XLII. 1. Chrysolithos. ] Χρυσολίθος, ab aureo colore: χρυσοῦ λίθος, inquit Epiphanius, pag. 229. Gemmarum hodierni Topazium vocant, Marcobodus, cap. 21.

Ἀχιόπες λογίμους nobis hæc mittere gemmas, &c.

2. Indicæ. ] Chrysolithi scilicet.

3. Tibarana. ] In M S. S. Reg. & Colb. Zibarana. Nos Tibarana scriptimus, & quod Ponticæ paulo post gemmas ejusdem fere generis Plinius commendat: & quod Tibaræni, seu Tibaræni populi, ad Pontum siti sunt, ut diximus lib. 6. sect. 4. Libri editi, Βαβυλιονα, male.

4. Et fulgentes interpellata. ] Sic M S. S. omnes. Editi: ἐξ fulgoris interpellata. 5. Funda &c. ] Vide quæ de hac voce ac forma loquendi diximus, sect. 37.

sect. XLIII. 1. Jam etiam expertes gemmarum usu. ] Quoniam nec funda includuntur, nec sunt ad signandum utiles, ut gemma reliqua. Hæc in M S. S. sic leguntur, tam etiam eo parte de gemmarum usu. In editis, tametsi jam expertes gemmarum usu. Exportum fama & fortunis, Sallustius: expertem metu, expertem domo, Plautus dixit: Conjiciobæ Salmatius in Solio. pag. 407. quandam etiam & per se gemmarum in usu. Appellantur &c. ut esset sententia, aurichaleum olim & per se in usu gemmarum: diu apud veteres in admiratione fuisse: Quis vero usus ille fuerit, nec ipse expedit, neque me fateor intell. gosc.

2. Chryselestri. ] Ἠιδόρος, lib. 16. Orig. cap. 14. Chryselestrus similis auro, sed in colorem electri vergens, matutino tantum aspectu juvenatur, rapacissimus ignium, & si junctus fuerit, celerissimo ardeseo.